idem tempus dissimiles inter se, sed Attici tamen; quorum Charisius multarum orationum, quas scribebat aliis, cum cupere videretur imitari Lysiam; Demochares autem, qui fuit Demostheni sororis filius, et orationes scripsit aliquot et earum rerum historiam, quae erant Athenis ipsius aetate gestae, non tam historicum quam oratorio genere perscripsit. at Charisi volt Hegesias esse similis, isque se ita putat Atticum, ut veros illos prae se paene agrestis putet. at quid est tam fractum, tam minutum, tam in ipsa, quam tamen consequitur, concinnitate puerile? Atticorum similes esse volumus'. optume; suntne igitur hi Attici oratores? 'quis negare potest? hos imitamur'. quo modo, qui sunt et

LX 554). — Charisius. Quint. X 1, 70: nec nihil profecto videunt, qui orationes, quae Charisi nomini addicuntur, a Menandro scriptas putant. — multarum orationum 246. p. Cael. 46: plurimarum fabularum poëtriae. ad Att. XIII, 29, 1: vetulam sane et multarum nuptiarum. ep. IX 6, 32 non multi cibi accipies, multi ioci. — Demochares, ein Mann von patriotischer Gesinnung, als Staatsmann und Feldherr tätig, seiner derben Freimütigkeit wegen παρορμαστις genannt, starb hochbejährt zwischen 280 und 270. Er wird seiner rednerischen Darstellung nach von Cicero (de or. II 95) mit Demetrius zu dem mollius ac remissius genus gerechnet. Sein Geschichtswerk war tendenziös und unzuverlässig. — Demostheni. 29m. 288. 292 m. — historicum vgl. Dion. Hal. Dem. 24 μεταλήγεται τὸν ιστορικὸν ἀντὶ τοῦ λογικοῦ (= oratorius) τύπον. de comp. 4 οὐκέτι ὑπαγωγικὸν τὸ πλάσμα οὐδὲ ιστορικόν, ἀλλ' ὁρθὸν μᾶλλον καὶ ἐναγώνιον. de imit. 208, 10. Demetr. π. ἔρω. 19. — Hegesias aus Magnesia, als Redner und Geschichtschreiber seiner zugleich pomphaften und doch kleinlichen Manier wegen verrufen. Der Verf. der Schrift περὶ σύνοψις 3, 2 sagt von ihm und einigen ihm ähnlichen:

πολλαχοῦ γὰρ ἐνθουσιῶν ἑαυτοῖς δοκοῦντες οὐ βαυχένοντις ἀλλὰ παῖζοντι. Dionys v. Hal. de comp. 4 bezeichnet seine Art als μιμοδόκουμφον, ἀγενέας, μαλακάνης und fährt fort: τούτων γὰρ τῶν λίγων τερεῖς ἐκεῖνος ἀνήρ.

287. fractum minutum zerhackt. πατακελλαμένον (δακτύλιον) Dion. Hal. Dem. 43) πατακενομένον (Demetr. 4. 18). or. 226: numerosam comprehensionem perverse fugiens Hegesias, dum ille quoque imitari Lysim volt, alterum paene Demosthenem, saltat incidens particulas. 230: illo vitio, quod ab Hegesia maxime fluit, infringendis concindensque numeris in quoddam genus abiectum incidunt. Dion. Hal. de compos. verb. 18 p. 79, 12: ὅντις περιτός τε καὶ μέσος καὶ τελευταῖς δέ Μάγης σοφίστης Ὑγνατεῖς ὑπὲρ οὖν οἴδε θεῖ τοῦ λέγειν, πότερον τοσαντη περὶ αὐτὸν ἀναισθησία καὶ παγύτης ήν, θωτε μὴ συνορῶν, οἵτινες εἰσαν εὑγενεῖς ή ἀγενέας ἐνθυμοί, ή τοσαντη θεοβλάβεια καὶ διαφθορὰ τῶν φρενῶν, θωτε εἰδότα τὸν κρείττονος ἐπειτα αἰσθεῖσαι τὸν χειρονα, δ καὶ μᾶλλον πετρουα. — tamen, weil man bei der puerilitas kein beabsichtigtes Streben der Art und noch weniger ein Erreichen erwarten sollte. 309. — consequitur 284. — hos d. i. Atticos. —

inter se dissimiles et aliorum? 'Thucydidem', inquit, 'imitamur'. optume, si historiam scribere, non si causas dicere cogitatis; Thucydides enim rerum gestarum pronuntiator sincerus et grandis etiam fuit, hoc forense concertatorium iudiciale non tractavit genus. orationes autem quas interposuit (multae enim sunt) eas ego laudare soleo; imitari neque possim, si velim, nec velim fortasse, si possim. ut si quis Falerno vino delectetur, sed eo nec ita novo ut proxumis consilibus natum velit, nec rursus ita vetere ut Opimum aut Anicum consulem quaerat — atqui hae notae sunt optumae, credo, sed nimia vetustas nec habet eam quam quaerimus suavitatem nec est iam sane tolerabilis — num igitur qui hoc sentiat, si is potare velit, de dolio sibi ha- 288

Es heißt ebenso wie *sequi* (288) 'sich an etwas halten'. Müller zu de off. I 35. — *et aliorum* die hier nicht genannt sind. — inquit. 285. — Thucydidem or. 30: *ecce autem aliqui se Thucydidos esse profitentur, novum quoddam imperitorum et inauditum genus. Thucydides res gestas et bella narrat et proelia graviter sane et probe, sed nihil ab eo transferri potest ad forensem usum et publicum. ipsae illae contiones ita multas habent obscuras abditasque sententias vix ut intellegantur, quod est in oratione civili vitium vel maximum.* — *concertatorium, ἐναγόντιον.* — *eas* nimmt nachdrücklich *orationes* wieder auf (vgl. 252. 268 m. zu 141), als ob vorausgegangen wäre *quas interp. orationes*. Wir sagen 'was nun ... betrifft, so ...'. Das ist Umgangston; vgl. Cato de agr. 5, 3 *amicos domini eos habeat sibi amicos*. Plaut. Poen. 1069 *pater tuus is erat frater patruelis meus.* — *laudare imitari*. Hesiod. op. 643: *ῥῆ δέληντεν αἰνεῖν, μεγάλη δ' ἐπιφορτα θεοθεῖαι*. Verg. georg. II 412: *laudato ingentia rura, exiguum colito.* — *possim*. Gorg. Palam. 5 p. 161 Bl.: *οὐτε γὰρ βουληθεῖς ἐδυνάμην ἀν οὐτε δύναμενος βουληθῆντεν.* — Falerno,

Plin. n. h. 23, 34: *Falernum nec in novitate nec in nimia vestestate corpori salubre est; media eius aetas a xv annis incipit.* — *Opimum.* 128. Plin. 14, 55: *anno fuit (claritas) omnium generum bonitatem L. Opimio cos.; ea caeli temperies fulsit — cocturam vocant — solis opere natali urbis DCXXXIII (121 vor Chr.), durantque adhuc vina ea ducentis fere annis, iam in speciem redacta mellis asperi; etenim haec natura vinis in vestutate est, nec potari per se queant, si non per vincat aqua, usque in amaritudinem carie indomita.* — *L. Anicius Gallus, cos. 160.* — *consulem*, auf der Etikette. — *nota*, auch *titulus*, ist die Aufschrift am Fasse, welche Sorte und Alter des Weins angab, dann wie bei uns 'Sorte' gebraucht; *nota Falerni* bei Horaz (c. II 3, 8. sat. I 10, 24). Colum. XII 19, 2: *quaecumque vini nota sine condimento valet perennare optumam esse eam censemus.*

288. igitur nimmt die Rede wieder auf, so wie *qui hoc sentiat* den Vordersatz rekapituliert; allein die Konstruktion wird geändert, indem Cicero hier den in einen Fragesatz eingekleideten Nachsatz eintreten lässt, welcher eigentlich erst mit *sic*, dem zu

riendum putet? minime, sed quandam sequatur aetatem. sic ego istis censuerim et novam istam quasi de musto ac lacu fermentam orationem fugiendam, nec illam praeclararam Thucydidi nimis veterem tamquam Anicianam notam persequendam. ipse enim Thucyrides si posterius fuisse, multo maturior fuisse et 84 289 mitior. 'Demosthenem igitur imitemur.' o di boni! quid, quae-  
so, nos aliud agimus aut quid aliud optamus? at non assequimur; isti enim videlicet Attici nostri quod volunt assequuntur. ne illud quidem intellegunt, non modo ita memoriae proditum esse, sed ita necesse fuisse, cum Demosthenes dicturus esset, ut concursus audiendi causa ex tota Graecia fierent, at cum isti Attici dicunt, non modo a corona, quod est ipsum miserabile, sed etiam

anfang stehenden *ut entsprechend*, beginnen konnte. Regelmäßig wäre gewesen; *ut, si quis Falerio vino detectetur, — non de dolio sibi hauiendum putet, sic ego censuerim.* Allein wie das Gleichen ausgeführt ist, war die ursprüngliche Anlage ohne Pedanterie nicht auszuführen; das Anakoluth ist lebendiger und deutlicher. — *sentiat*, von der Ansicht, dem Urteil, besonders in Geschmackssachen. — *de dolio*. Der Most wurde aus der Kelter in große tönerne Fässer (*dolia*) gefüllt (*defundere*), in welchen er gor. Varro de re rust. I 65: *mustum conditur in dolium, ut habeamus vinum; non promendum, dum fervet neque etiam dum processit ita, ut sit vinum factum.* Die erhaltenen fassen etwa 30—48 Amphoren = 788—1250 Liter. Abbildung Daremberg-Saglio II 1 p. 333. Nach der Gärung wurde der Wein in kleinere Gefäße (*amphorae, cadi*) umgefüllt (*diffundere*) und in diesen aufbewahrt. — *quandam*, ein gewisses, hier nicht näher zu bestimmendes, angemessenes Alter. 30. 327. ad fam. XV 21, 4: *genus quodam sequebatur.* Cicero bleibt im Bilde und nennt diese neue *oratio* eine *fervida*, in der Gäß-

rung (*fervere, defervere*<sup>316</sup>) begriffene, was für die bombastische, Blasen und Schaum treibende Beredsamkeit sehr bezeichnend ist. Sie ist also *de musto*, vom Most geschöpft, und *de lacu*, aus dem Kelterbassin. Denn *lacu* ist ein mit einem Rand eingefasster Behälter für Flüssigkeiten, sowohl um Wasser als auch den aus der Kelter fließenden Wein aufzunehmen. Colum. XII 18: *aptandi sunt lacus vinarii et torcularia.* Ovid. fast. IV 888: *de lacubus proxima musta tuis.* Quint. II 4, 9 *nec musta in lacu statim austera sint: sic et annos ferent et vetustate proficiunt.* — *praeclararam*, völlig geklärt, im Gegensatz zu dem trüben gährenden; nicht sonderlich glücklich von dem dunklen Thukydides. — *posterius*, weil *fuisse* = *vixisset*. — *maturior* bleibt im Bilde: Th. wäre dann wie eine jüngere, weniger herbe, gerade zum Trinken geeignete Sorte.

289. *enim videtur*, ironisch. Catil. II 12: *homo enim videlicet timidus et permodesus vocem consulis ferre non potuit.* p. Font. 19: *verebarum enim vide-licet, ne quid apud vos de existu-matione sua deperderet.* enim begründet das vorschwebende 'aber das ist freilich unsere Schuld'.

ab advocatis relinquuntur. quare si anguste et exiliter dicere est Atticorum, sint sane Attici, sed in comitium veniant, ad stantem iudicem dicant: subsellia grandiorem et pleniores voces desiderant. volo hoc oratori contingat, ut, cum auditum sit eum esse dicturum, locus in subselliis occupetur, compleatur tribunal, gratiosi scribae sint in dando et cedendo loco, corona multiplex, iudex erectus; cum surgat is, qui dicturus sit, significetur a corona silentium, deinde crebrae assensiones, multae admirationes; risus, cum velit, cum velit, fletus: ut, qui haec procul videat, etiamsi quid agatur nesciat, at placere tamen et in scaena esse Roscium intellegat. haec cui contingat, eum scito Attice dicere, ut de Pericle audimus, ut de Hyperide, Aeschine, de ipso qui-

— *advocatis*, welche aus persönlichem Interesse für die Partei mit vor Gericht erschienen sind, um guten Rat zu geben oder durch ihre Anwesenheit Eindruck zu machen; erst später = *patroni*. Kubitschek P. W. I 436. — *sint* nach einem Bedingungssatz ein Zugeständnis einleitend steht an der Spitze des Nachsatzes. Acad. II 105 *haec si vobis non probamus, sint falsa sa ne, invidiosa certe non sunt.* zu 187. — *stans* *iudex* ist das auf dem Forum versammelte Volk, das in gewissen Fällen noch richtete. de lege agr. II 13: *si qui acutiores in contione steterant.* acad. II 144: *quod eos omnes, qui in contione stabunt, exsules servos insanos esse dicatis.* Tusc. III 48: *animadvertisit Gracchus in contione Pisonem stantem.* or. 213: *me stante C. Carbo in contione dixit.* Das Verfahren war hier tumultuarischer als in den eigentlichen iudicia. — *subsellia*, welche bei einem Gericht für die, welche unmittelbar dabei beteiligt waren, aufgestellt wurden. Vor solchen sitzenden Richtern, besonders in den quaestiones, wurden meistens die großen Prozesse (*maiores causae* 301 de or. I 82) entschieden, in denen Redner vom

Schlage Ciceros ihr Können zeigten.

290. *scribæ*, im Dienst der Magistrate. — *erectus*. 200. — *dicturus sit*, durch Attraktion an *surgat*. zu 8. — *fletus*. Bei den von Cic. ungemein häufig verwandten und schon von Zeitgenossen verspotteten Ausdrücken *fletus* u. *lacrimæ* wird man zuweist an tiefe Rührung bis zu Tränen denken müssen; p. Sest. 26. Osenbrüggen z. Milon. 105. — *at . . . tamen*, 15. — *placere*, besonders vom Schauspieler gebräuchlich, wie bei uns 'gefallen'. Suet. Ner. 42: *cuidam scenico placenti nuntium misit.* So in Inschriften *spectatus est et plauicit.* — *Roscius*, der berühmte komische Schauspieler, Zeitgenosse des Cicero. de or. I 130: *itaque hoc iam diu est consecutus, ut in quo quisque artificio excelleret, is in suo genere Roscius diceretur.* — *Pericle*. or. 29: *si solum illud est Atticum, ne Pericles quidem dixit Attice, cui primæ sine controversia deferebantur; qui si tenui genere uteretur, numquam ab Aristophane poeta fulgere tonare permiscere Graciam dictus esset.* Vgl. 44. — *ut de Aeschine schrieb* schon Blondus: zu 193.

291 dem Demosthene maxume. sin autem acutum prudens et idem sincerum et solidum et exsiccatum genus orationis probant nec illo graviore ornato oratorio utuntur et hoc proprium esse Atticorum volunt, recte laudent; est enim in arte tanta tamque varia etiam huic minutae subtilitati locus. ita fiet, ut non omnes, qui Attice, eidem bene, sed ut omnes, qui bene, eidem etiam Attice dicant. sed redeamus rursus ad Hortensium.

85     292 Sane quidem, inquit Brutus; quamquam ista mihi tua fuit pericunda a proposita oratione digressio. Tum Atticus: aliquotiens sum, inquit, conatus, sed interpellare nolui; nunc quoniam iam ad perorandum spectare videtur sermo tuus, dicam, opinor, quod sentio. Tu vero, inquam, Tite. Tum ille: ego, inquit, ironiam illam, quam in Socrate dicunt fuisse, qua ille in Platonis et Xenophontis et Aeschini libris utitur, facetam et elegantem puto. est enim et minime inepti hominis et eiusdem etiam faceti, cum

291. *ac. prudens*, wenn sie vor allem auf den Verstand wirken wollen. — *sincerum*, 202. — *solidum*, was durch und durch echt ist, nicht bloß auf der Oberfläche einen gewissen Schein hat. Seneca de prov. 6: *isti sunt ad similitudinem parietum suorum extrinsecus culti. non est ista solida et sincera felicitas, crux est et quidem tenuis.* — *exsiccatum* 202. — *minutae subtilitati* etwa *λεπτότητι και περιεργύᾳ* (Dion. Hal. Isocr. 3 p. 59, 23). — *bene*. Quint. XII 10, 26: *melius de hoc nomine (Attico) sentiant credantque Attice dicere esse optime dicere.* — *sed ut:* das vorausgegangene *ut* wird nachdrücklich wiederholt; *non* gehört eng mit *omnes* zusammen. (Vgl. 273). — *rursus* steht häufig neben mit *re* zusammengesetzten Verben.

292. *sane quidem* in der Antwort wiez. B. Ter. Andr. 195. — *iste tuus* verbunden scheint der Umgangssprache anzugehören. zu 281 E. — *oratione 'Thema'*. 307. — *conatus*: dazu kann nur *interpellare* ergänzt werden; Stellung

*ἀπὸ κονοῦ* (zu 124). — *perorandum* 127. — *Tite*: die Anrede mit dem Praenomen ist besonders familiär. Hor. Sat. II 5, 32 *gaudent praenomine molles auriculae*. So nennen die Sklaven den Herrn *Gaius noster Petron.* 31; *genio Marci nostri et Laribus* CIL X 861, *C(ai)* oder *L(uci) n(ostr)i* auf Bleitesseren Rostowzew Klio Suppl. III 106. — *ironiam* 299. acad. II 15: *Socrates de se ipse detrahens in disputacione plus tribuebat eis, quos volebat refellere.* ita cum aliud diceret atque sentiret, libenter uti solitus est ea dissimulatione, quam *Graeci ἐπωνυματα* vocant; quam ait etiam in *Africanum fuisse Fannius*. de or. II 270 *Fannius in annalibus suis Africanum hunc Aemilianum dicit fuisse facetum et eum Graeco verbo appellat ἐπώνυμα*. off. I 108: *de Graecis dulcem et facetum festivique sermonis atque in omni oratione simulatorem, quem εἴρων Graeci nominarunt, Socratem accepimus.* — *Aeschines*, der treue Schüler des Sokrates, schrieb Dialoge, welche sehr gerühmt werden. — *inepti*. 284. —

de sapientia disceptetur, hanc sibi ipsum detrahere, eis tribuere illudentem, qui eam sibi adrogant; ut apud Platonem Socrates in caelum effert laudibus Protagoram Hippiam Prodicum Gorgiam ceteros, se autem omnium rerum inscium fingit et rudem. 66 decet hoc nescio quo modo illum, nec Epicuro, qui id reprehendit, assentior. sed in historia, qua tu es usus in omni sermone, cum qualis quisque orator fuisse exponeres, vide, quae so, inquit, ne tam reprehendenda sit ironia quam in testimonio. Quorsus, inquam, istuc? non enim intellego. Quia primum, inquit, ita lau-<sup>293</sup> davisti quosdam oratores, ut imperitos posses in errorem inducere; equidem in quibusdam risum vix tenebam, cum Attico Lysiae Catonem nostrum comparabas, magnum me hercule hominem vel potius summum et singularem virum — nemo dicet secus — sed oratorem? sed etiam Lysiae similem? quo nihil potest esse pictius. bella ironia, si iocaremur; sin asseveramus, vide ne religio nobis tam adhibenda sit quam si testimonium diceremus. ego enim Catonem tuum ut civem, ut senatorem, ut <sup>294</sup> imperatorem, ut virum denique cum prudentia et diligentia tum omni virtute excellentem probo; orationes autem eius ut illis temporibus valde laudo — significant enim formam quandam ingenii, sed admodum impolitam et plane rudem; Origines vero cum omnibus oratoris laudibus refertas dices et Catonem cum Philisto et Thucydide comparares, Brutone te id censebas an mihi probaturum? quos enim ne e Graecis quidem quisquam

*disceptetur*; zu 100. Der Indikativ *adrogant* daneben ist nicht zu beanstanden: zu 64. — *insciūm*. Plato symp. p. 216 D.: δράτε γάρ δι τι Σωκράτης . . ἀγνοεῖ πάντα καὶ οὐδὲν οἶδεν, ὡς τὸ σχῆμα αὐτοῦ. — Epicurus übte an Platons Dialogen eine kleinliche Kritik. — *usus*, weil *historia* historische Darstellung bedeutet.

293. *quia* schließt nicht genau an Ciceros Einrede an, sondern ist die Antwort auf den leicht daraus zu entnehmenden Sinn: *quam ob rem istuc dicis?* — *cum*. Aus *in quibusdam* darf man schließen, daß Cic. auch die folgenden Fälle ebenso einführen wollte wie den ersten; es zu tun hat ihn die lange Erörterung

über Cato verhindert. — *comparabas* 63 ff. Der Indic. Imperf. ist stehend, wenn eine getane Äußerung angeführt wird. Plaut. Men. 729 haud mihi negabas dum surripuisse te. Truc. 332 non tibi dicebam: *i modo* (Blase Syntax 146). — *pictius* geht auf die saubere und feine Ausführung, (denn bunt, *ποικίλος*, kann gerade Lysias nicht genannt werden: Dion. Hal. Isae. 12), daher *orationis pictum et expolitum genus* (or. 96). 298. — *bella*, artig. — *tam . . quam si testimonium*: über die Wiederholung zu 127.

294. *Cat. tuum. leg. I 6 eum, qui tibi semper in ore est, Catonem.* — *ut civem usw.* 65. — *tum omni*, 183. — *ut 27. — for-*

imitari potest, his tu comparas hominem Tusculanum nondum  
 86 suspicantem, quale esset copiose et ornate dicere. Galbam laudas.  
 295 si ut illius aetatis principem, assentior — sic enim acceperimus; sin  
 ut oratorem, cedo quaequo orationes (sunt enim) et dic,  
 hunc, quem tu plus quam te amas, Brutum velle te illo modo  
 dicere. probas Lepidi orationes. paulum hic tibi assentior, modo  
 ita laudes ut antiquas; quod item de Africano, de Laelio, cuius tu  
 oratione negas fieri quicquam posse dulcissimus, addis etiam nescio  
 quid augustius, nomine nos capis summi viri vitaeque elegan-  
 tissimae verissimis laudibus. remove haec: ne ista dulcis oratio  
 296 ita sit abiecta, ut eam aspicere nemo velit. Carbonem in summis  
 oratoribus habitum scio: sed cum in ceteris rebus tum in dicendo  
 semper quo iam nihil est melius, id laudari qualemque est so-  
 let. dico idem de Gracchis; etsi de eis ea sunt a te dicta, quibus  
 ego assentior. omitto ceteros; venio ad eos, in quibus iam per-  
 fectam putas esse eloquentiam, quos ego audivi, sine controver-  
 sia magnos oratores, Crassum et Antonium. de horum laudibus  
 tibi prorsus assentior; sed tamen non isto modo, ut Polycliti

*mam. ‘Bildung’.* 327. — *Tuscu-*  
*lanum*, aus einer Provinzialstadt.

295. *Galbam* 82. — *oratorem*  
 als Redner überhaupt, abgesehen  
 von seiner Zeit. — *hunc Bru-*  
*tum*: über die Stellung zu 197 E.  
*plus quam te amas* (geschickt  
 Atticus in den Mund gelegt) vgl.  
*Tusc.* III 72, *quod in amatorio*  
*sermone dici solet, ut quisquam*  
*plus alterum diligat quam se.*  
*Catull.* 58, 3. — *Lepidi* 95. —  
*quod item (idem?)* nämlich facit  
 wie 66; zu 181. Der Nachsatz  
 beginnt bei *nomine*; bisher inter-  
 pungierte man vor diesem Worte  
 stark. — *Laelio*. 83. — *addis*  
 asyndetisch wie 43. — *elegans*  
 nicht selten auch im moralischen  
 Sinne von dem, was maßvoll und  
 ohne Anstoß sich entwickelt. —  
*remove: ne sit.* 68. Regelmäßig  
 folgt im logischen Nachsatz zu  
 einem imp. ein fut.: der coni.  
 praes. wird in Prosa so nicht  
 gebraucht. (Pers. II 22: *die Statio:*  
*pro Iuppiter clamet.* Martial. I  
 107: *otia da nobis: condere vic-*  
*turas tempem per saecula curas.*)

Hier wird der Futurbegriff er-  
 setzt durch das vorschwebende  
 Verbum der Besorgnis (*vereor*)  
*ne sit.* So häufig diese Ausdrucks-  
 weise im Griechischen ist, so  
 selten ist sie im Lateinischen:  
 s. Madvig z. Cic. de fin. V 8:  
*sed ne, dum huic obsequor, vobis*  
*molestus sim.* Verr. IV 15: *ne*  
*forte, dum publicis mandatis*  
*serviat, de privatis iniuriis reti-*  
*ceat.* Plaut. Epid. 584. An das  
 249 besprochene *ne* ist nicht zu  
 denken. Eine Ellipse liegt eben-  
 sowenig vor wie in *ut te quidem*  
*deaeque omnes perdunt* Ter.  
*Haut.* 810.

296. *Carbonem*. 105. — *quo —*  
*solet;* das relativ beste wird  
 jedesmal gelobt, wie es auch mit  
 dem Wert an sich stehen mag.  
*iam* (jedesmal) im Augenblick.  
 — *quo . . . id:* dieselbe betonte  
 Stellung des Relativsatzes z. B.  
 de or. II 66 *si est oratoris, quae-*  
*cumque res infinite posita sit, de*  
*ea posse dicere.* zu 141. — *dicta.*  
 103 f. 125 f. — *assentiar?* Doch  
 vgl. p. Caec. 75 *deiectum esse eum,*

doryphorum sibi Lysippus aiebat, sic tu suasionem legis Serviliae tibi magistrum fuisse: haec germana ironia est. cur ita sentiam, non dicam, ne me tibi assentari putas. omitto igitur, quae de 297 his ipsis, quae de Cotta, quae de Sulpicio, quae modo de Caelio dixeris. hi enim fuerunt certe oratores; quanti autem et quales, tu videris. nam illud minus euro, quod congressisti operarios omnis, ut mihi videantur mori voluisse nonnulli, ut a te in oratorum numerum referrentur. Haec cum ille dixisset: longi ser- 87 monis initium pepulisti, inquam, Attice, remque commovisti nova disputatione dignam, quam in aliud tempus differamus. volvendi 298 enim sunt libri cum aliorum tum in primis Catonis: intelleges nihil illius lineamentis nisi eorum pigmentorum, quae inventa nondum erant, florem et colorem defuisse. nam de Crassi oratione sic existumo, ipsum fortasse melius potuisse scribere, alium, ut arbitror, neminem. nec in hoc ironiam duxeris esse, quod eam orationem mihi magistrum fuisse dixerim. nam etsi [ut] tu melius

quem pulsum fugatumque esse constat. Verr. III 124 quid est in quo se elaborasse dicit? — *doryphorum*, Plin. n. h. 34, 55: *Polyclitus fecit doryphorum viviliter puerum*. Quint. V 12, 21: *doryphoron illum aptum vel militiae vel palaestrae*. Diese Statue vereinigte das, worin Polycllet (70) Meister war, die Bildung jugendlicher Körper und die Reinheit der Verhältnisse. or. 5: *nec simulacro Iovis Olympii aut doryphori statua deterriti reliqui minus experti sunt, quid efficiere aut quo progrexi possent*. — *Lysippus*, der einzige plastische Künstler, von welchem Alexander der Große abgebildet sein wollte, arbeitete in Erz. Er war wohl der fruchtbarste Künstler des Altertums. — *suasionem* 164. — *tu sc. aiebas; zu 16. — sic* nimmt *isto modo* nach *ut* wieder auf.

297. *Cotta, Sulpicio* 201 ff. — *Caelio* 273. — *dixeris*, der Coni., weil gedacht ist *quaerere quid dixeris*. ad Att. XII 2, 1 *habes*, *quae dum tu abes locuti sint*. ep. I 5<sup>b</sup>, 1 *hic quae agantur quaeque acta sint, ea te cognosse arbitror*. Also deutlich Konta-

mination. — *operarios*, de or. I 263: *operarium nobis quendam, Antoni, oratorem facis*. — *pepu-listi*, den Anstoß geben.

298. *volvendi*, das eigentliche Wort von den Bücherrollen der Alten (*ἀντιττεῖν*). Vor *intelleges* mußte ein Kolon, kein Punkt gesetzt werden, denn es beginnt den logischen Nachsatz (*si modo volveris*); vgl. 68. — *lineamentis*, die Umrisse, in welchen die Kunst der Zeichnung sich offenbart. zu 261. — *pigmentorum* 293. — *nond. inv.* 20. — *florem* 285. — *sic* zu 138. — *ut arbitror*, als ob er noch einmal überlegt habe, ehe er *neminem* sagte. — *nec* für *neve* nicht selten und zwar nicht bloß nach *ut* (de or. I 19) sondern auch selbständigt: ad Att. XII 23, 3 *nec tamen ista pretia hortorum pertinueris*; ad fam. I 9, 19 g.E.; oder in Sätzen wie p. Planc. 15 *cedat consulari generi praetorium nec contendat cum praetorio nomine equester locus*; ad Att. X 18, 2 *perge quaeso scribere nec meas litteras exspectaris*. XII 22 E. Hier, wo weder *ut* noch *ne* vorangehen, war *nec* das Normale.

existumare videris de ea, si quam nunc habemus, facultate, tamen adulescentes quid in Latinis potius imitaremur non habebamus. 299 quod autem plures a nobis nominati sunt, eo pertinuit, ut paulo ante dixi, quod intellegi volui, in eo, cuius omnes cupidissimi essent, quam pauci digni nomine evaderent. quare εἴρωνα me, ne si Africanus quidem fuit, ut ait in historia sua C. Fannius, existumari velim. Ut voles, inquit Atticus; ego enim non alienum 300 a te putabam, quod et in Africano fuisset et in Socrate. Tum Brutus: de isto postea; sed tu, inquit me intuens, orationes nobis veteres explicabis? Vero, inquam, Brute; sed in Cumano aut in Tusculano aliquando, si modo licebit, quoniam utroque in loco vicini sumus. sed iam ad id, unde digressi sumus, revertamur.

Reisig A. 496. — *ea, si quam.*  
232. 242. — *quid* wie p. Rose.  
A. 45 *quid arguas, non habes.*  
Acad. II 110 *non decrit sapienti*  
*nec quid faciat nec quid respon-*  
*deat.* Ebenfalls (zu 297) Konta-  
mination aus *quod imitaremur*  
*non habebamus* und *quid imita-*  
*remur nesciebamus.*

299. *dixi.* 270. — *Afric.* zu  
292 *ironiam.* — *Fann.* 101. —  
*velim*, während *ne* — *quidem* im  
Nebensatz steht, da doch die  
Negation sich auf den Hauptsatz  
erstreckt. p. Quint. 73: *huc, ne*  
*ubi consideret quidem contra te,*  
*locum reliquisti.* ad Att. XIII  
10, 3: *in quem, ne si insidiis*  
*quidem ille interfectus esset, ca-*  
*deret ulla suspicio.* p. Planc.  
49: *ut, ne si cogitasset quidem*  
*quispiam largiri, daretur spatum*  
*comparandi.* or. 152: *nobis ne*  
*si cupiamus quidem distrahere*  
*voces conceditur.* in Pis. 68. ad  
fam. IX 5, 2 *consilii nostri, ne*  
*si eos quidem, qui id securi non*  
*sunt, non poeniteret, nobis poen-*  
*tendum putarem.* (Dagegen *neque*  
*faciet, ne si iudex quidem erit, de off.*  
III 43 ganz einfach; Z. § 801 m.). —  
*enim*, wo auch *equidem* hätte  
stehen können: ich will deiner  
Ansicht folgen, denn nach der  
meinigen sehe ich keinen Grund

für dich, die Bezeichnung εἴρων  
abzulehnen. — *enim* in der Ant-  
wort wie 91. 152; vgl. 164 E.  
289. Über nam zu 161.

300. *inquit* (91) erhält in der  
Regel nur dann einen Zusatz  
(und zwar ein nachstehendes  
part.) unmittelbar bei sich, wenn  
das Subjekt mindestens durch  
eine stärkere Interpunktionsdoku-  
mentation abgesondert ist. 253 A. acad.  
II 63 m. fin. II 119. Cato 11. nat.  
d. I 17 (keine Ausnahmen sind  
leg. II 58 *ing. lex in duodecim*  
*tabulis.* p. Mur. 60. ad Q. fr. III  
4, 3.) Dagegen ad Att. V 1, 3  
tum Quintus 'en' inquit mihi.  
fin. V 95 inquit Pomponius io-  
cans. — *vero*, allerdings. Tusc.  
II 26: *fuisti saepe, credo, cum*  
*Athenis essem, in scholis philo-*  
*sophorum.* *vero*, ac libenter qui-  
dem. de div. I 104 m. de re p.  
I 37: *videsne igitur minus cccc*  
*annorum esse hanc urbem, ut*  
*sine regibus sit?* *vero, minus.*  
In der Antwort bezeichnet *vero*  
nach dem Zusammenhang bald  
'ja', bald 'nein'. Vgl. oben 21.  
— *si modo licebit*, mit Rücksicht  
auf die politischen Verhältnisse.  
— *vicini.* Auch Brutus hatte  
bei Tusculum und Cumae Land-  
güter.

Hortensius igitur cum admodum adulescens orsus esset in <sup>88</sup> foro dicere, celeriter ad maiores causas adhiberi coepitus est; *<et>* quamquam inciderat in Cottae et Sulpici aetatem, qui annis decem *<erant>* maiores, excellente tum Crasso et Antonio, dein Philippo, post Iulio, cum his ipsis dicendi gloria comparabatur. primum memoria tanta, quantam in nullo cognovisse me arbitror, ut, quae secum commentatus esset, ea sine scripto verbis eisdem redderet, quibus cogitavisset. hoc adiumento ille tanto sic utebatur, ut sua et commentata et scripta et nullo referente omnia adversariorum dicta meminisset. ardebat autem cupiditate sic, ut in <sup>302</sup> nullo umquam flagrantius studium viderim. nullum enim patiebatur esse diem, quin aut in foro diceret aut meditaretur extra forum; saepissime autem eodem die utrumque faciebat. attuleratque minume volgare genus dicendi; duas quidem res, quas

301—328. Hortensius und  
Cicero.

301. *Q. Hortensius Hortulus* war geboren im J. 114. Kurze Zeit tat er Kriegsdienste (304) und verwaltete alle Magistrate, das Konsulat im J. 69; er starb 50; vgl. 1. 229. Wie er überhaupt auf Seiten der Optimaten stand, so vertrat er sie auch als Sachwalter vor Gericht, hielt sich aber von den politischen Parteikämpfen schon aus Bequemlichkeit fern. Er fand seine Befriedigung in der Ausbildung und Ausübung seines großen rednerischen Talents und in dem Ansehen, in welchem er als Anwalt stand. Seine Stärke war der mündliche Vortrag, nicht die Schriftstellerei; or. 132: *dicebat melius quam scriptis Hortensius*. Quint. XI 3, 8: *eius scripta tan-  
tum infra famam sunt, ut appa-  
reat, placuisse aliquid eo dicente,  
quod legentes non invenimus*. Auch als Dichter und Geschichtschreiber hat er sich nicht mit Glück versucht. Er liebte ein behagliches Wohlleben und in seiner Umgebung und Erscheinung Luxus und Eleganz, wovon manche Geschichtchen erzählt wurden. — *adul.* 229. — *Cott.*

*Sulp.* 201 ff. — *excellente* 230. Über den Sing. zu 82. — *Iu-  
lio.* 177. — *memoria*. Sene-  
ca controv. I pr. 19: *Horten-  
sius a Sisenna provocatus in  
auctione persedit per diem totum  
et omnes res et pretia et emp-  
tores ordine suo argentariis re-  
cognoscens ita ut in nulla re-  
falleretur recensuit.* de or. III  
230. — *commentatus* 87. 272. —  
*referente*. Daß man wohl je-  
mand zur Hand hatte, der nöti-  
genfalls durch eine Erinnerung  
dem Gedächtnis zu Hülfe kam,  
beweist die bekannte Stelle Verr.  
IV 5: *canephoro ipsae vocaban-  
tur, sed earum artificem — quem?  
quemnam? recte admones — Po-  
lyclitum esse dicebant*. Die Ste-  
nographie wurde dabei schon seit  
Äristoteles' Zeiten angewendet  
(Inscription CIA IV<sup>2</sup> 4321 aus  
dem 3. Jahrh., dazu Larfeld  
Handb. d. Epigr. I 411. Wend-  
land Gött. Anz. 1901, 780); Ci-  
ceros freigelassener Tiro hat sich  
große Verdienste um sie erworben.

302. *attulerat* von Hause auf  
das Forum, d. h. aus der Vorbe-  
reitung hatte er zum Auftreten  
mitgebracht (166. 283. 311 E.) —  
*minume volgare* wie 321: die  
*εξαλλαγὴ τοῦ οὐνίθους* (Dion. Hal.

nemo alius: partitiones, quibus de rebus dicturus esset, et collectiones eorum, quae essent dicta contra quaeque ipse dixisset.  
 303 erat in verborum splendore elegans, compositione aptus, facultate copiosus; eaque erat cum summo ingenio tum exercitationibus maxumis consecutus. rem completebatur memoriter, dividebat acute, nec praetermittebat fere quicquam, quod esset in causa aut ad confirmandum aut ad refellendum, vox canora et suavis, motus et gestus etiam plus artis habebat quam erat oratori satis. hoc igitur florescente Crassus est mortuus, Cotta 89 pulsus, iudicia intermissa bello, nos in forum venimus.  
 304 Erat Hortensius in bello primo anno miles, altero tribunus militum, Sulpicius legatus; aberat etiam M. Antonius; exer-

de imit. II 204, 17) wurde ein-  
geschräft, schon Aristot. rhet. III  
 2 τὸ γὰρ ἐξαλλάξαι ποιεῖ φαινέ-  
 οῦται οὐευνοτέρων (τὴν λέξιν). —  
 partitiones, διαγέσεις, Einteilung  
 bei der Disposition, was 303 di-  
 videre heißt. div. in Caec. 45 :  
 quid? cum accusationis tuae mem-  
 bra dividere coepit (Hortensius)  
 et in digitis suis singulas partes  
 causae constituiere. p. Quinct. 35 :  
 faciam, quod te saepe animad-  
 verti facere, Hortensi: totam cau-  
 sare meae dictionem certas in  
 partes dividam. ad Her. I 4. —  
 collectiones, ἀναπεραίωσις, enu-  
 meratio (de inv. I 98 ad Her. II  
 47), rekapitulierendes Zusammensetzen,  
 wobei es vorzugsweise eines guten Gedächtnisses be-  
 durfte.

303. in splendore elegans, weil  
 er καλὰ δύναμα (Demetr. 173  
 de or. III 150 f.) anwendete; so  
 splendida nomina or. 163; oben  
 216, wo ebenfalls verborum splen-  
 dor und copia geschieden wird.  
 — aptus. 145. — facultas, ‘das  
 Vermögen, über welches man zu  
 verfügen hat’, hier ‘der Wort-  
 reichtum’. — memoriter bedeutet  
 stets, ‘mit gutem Gedächtnis’.  
 — esset in causa, was in der  
 Sache lag, und nur herausge-  
 hoben zu werden brauchte. de or.  
 II 147 omne quod erit in re.

Isoer. 13, 9; zu 139. — gestus. Gell.  
 I 5: Hortensius omnibus ferme  
 oratoribus aetatis suae nisi Tullio  
 clarior, quod multa munditia  
 et circumspecte compositeque in-  
 dutus et amictus esset, manusque  
 inter agendum forent argutae  
 admodum et gestuosa, maledic-  
 tis compellationibusque probrosis  
 iactatus est multaque in eum  
 quasi histrionem in ipsis causis  
 atque iudiciis dicta sunt. — sat-  
 is, 268 E. — mortuus, im J. 91,  
 pulsus 90. — bello, gegen die  
 Bundesgenossen.

304. primo anno, im J. 90.  
 Wex ergänzt ‘aberat’; aberat:  
 die Parataxe desselben Verbuns  
 ist bei Cic. sehr häufig, findet  
 aber gewöhnlich entweder in nicht  
 koordinierten Sätzen statt (Tusec.  
 III 75 quam diu vixit, vixit in  
 luctu; 20 si sapiens in aegritudinem  
 incidere posset, posset etiam in  
 misericordiam; Verr. IV 13  
 quanti haec ipsa si palam veni-  
 rent, venire possent; ad fam. IX  
 17, 1 fiet, quocunque volent qui  
 valebunt, valebunt autem semper  
 arma) oder in koordinierten  
 bei Gegensätzen: 322. de or. II  
 100 p. Rosc. Am. 1 iniuriam  
 putant oportere defendi, defen-  
 dere ipsi non audent; p. Sulla 3  
 quid est quamobrem abs te Q.  
 Hortensi factum non reprehend-

cebatur una lege iudicium Varia, ceteris propter bellum intermissis, cui frequens aderam, quamquam pro se ipsi dicebant oratores non illi quidem principes, L. Memmius et Q. Pompeius, sed oratores tamen, teste diserto utique Philippo, cuius in testimonio contentio et vim accusatoris habebat et copiam. reliqui qui tum principes numerabantur in magistratibus erant 305 cotidieque fere a nobis in contionibus audiebantur. erat enim tribunus plebis tum C. Curio; quamquam is quidem silebat, ut erat semel a contione universa relictus; Q. Metellus Celer non ille quidem orator, sed tamen non infans; diserti autem Q. Varius C. Carbo Cn. Pomponius, et hi quidem habitabant in rostris. C. etiam Iulius aedilis curulis cotidie fere accuratas contiones habebat. sed me cupidissimum audiendi primus dolor percussit, Cotta cum est expulsus; reliquos frequenter audiens acerrimo studio tenebar cotidieque et scribens et legens et commentans oratoriis tamen exercitationibus contentus non eram. iam consequente anno Q. Varius sua lege damnatus excesserat; ego autem *<in>* iuris civilis studio multum operae dabam Q. Scae-306

*datur, reprehendatur meum? Tusc.* III 11 *furor in sapientem cadere possit, non possit insania.* de fin. V 95 *ibi esse miseria non possit, tamen labor possit, possit molestia.* — *lege Varia.* 221. Die Stellung am Ende (zu 216 E.) hebt den verhängnisvollen Namen hervor. Es liegt eine Art Epexegese vor: 'durch ein Gesetz, nämlich das Varische'. ad Att. I 12, 4 *puer festinus agnoscens noster Sositheus.* 307. 316. Varr. r. r. III 5, 7 *de illo genere sunt turdi, adventicio.* Plaut. Mil. 127 *sese illum amare, meum erum.* Capt. 659 *inicite huic manicas (maximas) mastigiae* 157 (wo auch ein Eigenname) Asin. 920. Delbrück, Vergl. Syntax III 62. — *cui* von *iudicium* getrennt: zu 186. — *pro se ipsi* gehört nicht mehr zu *quamquam*, sondern ist Nebenbestimmung. Zur Stellung vgl. 115 *dixit ipse pro sese*, 121 *dixit hoc ipse de sese*; zu 281 E. — *Memm.* 36. — *Pomp.* 206. — *testete.* In der Verhandlung trat Philippus nur (173) als Zeuge

auf, sprach aber mit solcher Anstrengung und Kraft, daß sein *testimonium* zu einer förmlichen *accusatio* wurde. — *diserto* trägt den Ton.

305. *Curio,* 210. 192. — *ut,* 19. — *Q. Metellus Celer,* wahrscheinlich der Adoptivvater des 247 erwähnten Q. Metellus Celer, war wie die zunächst genannten mit Curio im J. 90 Tribun. — *Var., Carbo, Pomp.,* 221. — *habitabant de or.* 164: *is, qui habitaret in subselliis;* vgl. II 160 E. p. Murena 21: *cum his, qui in foro habitariint.* Petron. 2: *non magis sapere possunt, quam bene olore, qui in cuina habitant.* — *Iulus,* 177. — *contentus non eram.* Cic. mag an Rechtsstudien, vielleicht aber auch an philosophische denken, die er unwillkürlich in die frühe Jugend zurückprojiziert. — *consequente:* sonst zieht Cic. *consequenti* vor; vgl. Neue Formenlehre II<sup>3</sup> 110. — *anno im J. 89.*

306. *Q. Saevola Q. F. Lael.* 51: *Q. Mucius augur multa narrare*

volae Q. F., qui quamquam nemini *〈se〉* ad docendum dabat, tamen consulentibus respondendo studiosos audiendi docebat. atque huic anno proximus Sulla consule et Pompeio fuit. tum P. Sulpici in tribunatu cotidie contionantis totum genus dicendi penitus cognovimus; eodemque tempore cum princeps Academiae Philo cum Atheniensium optumatibus Mithridatico bello domo profugisset Romamque venisset, totum ei me tradidi admirabili quodam ad philosophiam studio concitatus, in quo hoc etiam commorabar attentius — etsi rerum ipsarum varietas et magnitudo summa me delectatione retinebat —, quod tamen sublata iam 307 esse in perpetuum ratio iudiciorum videbatur. occiderat Sulpicius illo anno tresque proximo trium aetatum oratores erant crudelissime interficii Q. Catulus M. Antonius C. Iulius. eodem anno etiam Moloni Rhodio Romae dedimus operam, et

*de C. Laelio solebat. ego autem a patre ita eram deductus ad Scaevolam sumpta virili toga, ut quoad possem et liceret a senis latere numquam discederem. itaque fieri studebam eius prudentia doctior. quo mortuo me ad pontificem Scaevolam (145) contulī, quem unum nostrae civitatis et ingenio et iustitia praestantissimum audeo dicere.* Da der Augur Scaevola im J. 88 noch lebte, so muß er hier gemeint sein. 102. — *se dabat div. in Caec. 4 qui me ad defendendos homines dedissem. — proximus.* 88 vor Chr. Über die Stellung von *cos.* 328. — *Philo*, aus Larissa gebürtig, Schüler des Clitomachus, und nach dessen Tode (seit etwa 105) Vorsteher der akademischen Schule. Plut. Cic. 3: *Φίλωνος ἥκονος τοῦ ἐξ ἀκαδημειῶν, δὲν μάλιστα Ρωμαῖοι τὸν Κλειτομάχον συνήθαινεν καὶ δὰ τὸν λόγον ἐθάμασαν καὶ δὰ τὸν τρόπον ἡγάπησαν.* Tusc. II 9: *nostra memoria Philo, quem nos frequenter audivimus, instituit alio tempore rhetorum praecepta tradere, alio philosophorum:* eben deshalb war sein Unterricht für Cic. sehr wichtig (Einf. S. 8). — *profugisset.* Die glücklichen Erfolge des Mithri-

dates verleiteten die Athener, an deren Spitze sich der Peripatetiker Ariston stellte, im J. 88 von den Römern abzufallen und sich mit Archelaos, dem Feldherrn des Mithridates zu verbünden. Die Optimaten, welche treu zu den Römern hielten, mußten nun flüchten. — *etsi rerum ipsarum obwohl schon . . .* so daß ich gar keinen anderen Grund gebraucht hätte. *quod tamen* weil ja doch, mit Ergänzung des Gedankens ‘was man auch sonst erwarten möchte’; de or. I 205 *nunc quibus studendum esset rebus accepimus: quod ipsum est tamen magnum;* II 91 *Fufius nervos in dicendo Fimbriae, quos tamen habuit ille, non assequitur; 198 tenuis quae-dam venia dabatur excusationis, quod tamen (doch jedenfalls, was man auch sonst dagegen einwenden konnte), eum defendarem, qui mihi quaestor fuisset.* 115. 179. Vgl. über *tamen* zu 214. 220. — *ratio iud.* (304), von *iudicia* kaum verschieden, wie p. Rosc. A. 3 *ignoscendi ratio.*

307. *proxumo* im J. 87. — *Molo*, aus Alabanda in Karien gebürtig, lebte auf Rhodus als Lehrer der Beredsamkeit (245. 316) und hieß

actori summo causarum et magistro. haec etsi videntur esse a proposita oratione diversa, tamen idecirco a me proferuntur, ut nostrum cursum perspicere, quoniam voluisti, Brute, possis — nam Attico haec nota sunt — et videre, quem ad modum simus in spatio Q. Hortensium ipsius vestigiis persecuti. triennium fere fuit urbs 308 sine armis; sed oratorum aut interitu aut discessu aut fuga — nam aberant etiam adulescentes M. Crassus et Lentuli duo — primas in causis agebat Hortensius, magis magisque cotidie probabatur Antistius, Piso saepe dicebat, minus saepe Pomponius, raro Carbo, semel aut iterum Philippus. at vero ego hoc tempore omni noctes et dies in omnium doctrinarum meditatione versabar. eram cum Stoico Diodoto, qui cum habitavisset apud *me* mecum 309 que vixisset, nuper est domi meae mortuus. a quo cum in aliis rebus tum studiosissime in dialectica exercebar, quae quasi contracta et astricta eloquentia putanda est; sine qua etiam tu, Brute,

sich eine Zeitlang in Rom auf (312). Da 312.316 von ihm so gesprochen wird, daß er vorher noch nicht erwähnt sein kann, so hat Bake die Notiz als Glossem ausgeschieden. Aber es liegt wohl ein Flüchtigkeitsversehen vor (Einl. S. 6). — actori 316. — *spatio*, die abgemessene Laufbahn. Cato 83: *quasi decursus spatio ad carcera a calce revocari*. Lael. 40: *deflexit iam aliquantulum de spatio curriculoque consuetudo maiorum*. p. Rab. perd. 6.

308. *triumnum*, in den J. 86 bis 84. Vgl. 227. — *sed* gehört dem Sinne nach nicht zu *primas agebat*, sondern bezeichnet den Gegensatz zwischen *sine armis* und dem Mangel an Rednern, dessen Gründe waren *int. disc. fuga*, dessen Folge *pr. ag. Hort.*: *sed or. interitu .. factum est ut primas ageret Hort.* — *primas* 242. — *Crassus*, 233. *Lentuli*, 234. 235. *Antistius* 226. *Piso*, 236. — *saepe* 130. — *aut* und *ve* in solchen Wendungen (*bis tervi*) beschränken, *atque et que* steigern; p. Font. 26 *pecuniam semel atque iterum ac saepius dare coacti sunt*. Lael. 15 *vix*

*tria aut quatuor nominantur paria inimicorum.* Thesaur. II 1568, 35.

309. Diototo Acad. II 115: *Diodoto quid faciam Stoico, quem a puero audivi? qui mecum vivit tot annos? qui habitat apud me? quem et admiror et diligo?* Tusc. V 113: *Diototus Stoicus caecus multos annos nostrae domi vixit.* Es war etwas Gewöhnliches, daß griechische Gelehrte zu angesehenen Römern ins Haus zogen, sowohl um an der Erziehung der Kinder teil zu nehmen, als um überhaupt einen gebildeten Umgang zu bieten. — *nuper*, vor 13 Jahren, 59. ad Att. II 20, 6: *Diodotus mortuus est; reliquit nobis HS fortasse centies. — aliis rebus.* Er war auch Mathematiker, Musiker und überhaupt vielseitig gebildet. — *dialectica* 153. vgl. 119. — *contracta* 120. Cic. denkt an das von Zenon gebrauchte Bild, Sext. adv. math. II 7: *Ζήνων ἐρωτηθεὶς, διὰ διαφέρει διαλεκτικὴ ἑρτοφοιῆς, συστρέγας τὴν γέφρα καὶ πάλιν ἔξαπλώσας ἔφη· τούτῳ· κατὰ μὲν τὴν συστροφὴν τὸ στρογγύλον καὶ βραχὺ τῆς διαλεκτικῆς τάττον*

iudicavisti te illam iustum eloquentiam, quam dialecticam dilatatam esse putant, consequi non posse. huic ego doctori et eius artibus variis atque multis ita eram tamen deditus, ut ab exercitationibus 310 oratoriis nullus dies vacuus esset. commentabar declamitans — sic enim nunc loquuntur — saepe cum M. Pisone et cum Q. Pompeio aut cum aliquo cotidie, idque faciebam multum etiam Latine, sed Graece saepius; vel quod Graeca oratio plura ornamenta suppeditans consuetudinem similiter Latine dicendi adferebat, vel quod a Graecis summis doctoribus, nisi Graece dicerem, neque

*ἰδίωμα, διὰ δὲ τῆς ἐξαπλόσεως  
καὶ ἔκτάσεως τῶν δακτύλων τὸ  
πλαντὶ τῆς ἀγηροκῆς δύνασεως  
ἀντιτύπενος.* or. 113. — *iudica-*  
visti, wie seine philosophischen Studien bewiesen. 120. — *tamen* mit *ita* verbunden, welches die Beschränkung andeutet, die im folgenden ausgeführt wird.

310. *declamitans.* Tusc. I 7: *antea declamitabam causas, quod nemo me diutius fecit.* ad fam. XVI 21, 5: *declamitare Graece apud Cassium institui.* Ursprünglich bedeutete *declamare* 'lauter als gewöhnlich reden'; es als Bezeichnung der rhetorischen Schulübung zu gebrauchen (= *μελέταν*) kam zu Ciceros Zeit auf. Seneca controv. I pr. 12: *ipsa 'declamatio' apud nullum antiquum auctorem ante Ciceronem et Calvum inveniri potest.* 236. — Pis. 236. Pomp. 240. — *cum aliquo*, 'überhaupt mit irgend einem, wer es auch war': 'andere, sonst liegt nicht im Worte, nur im Zusammenhang (zu 141 Müller zu de off. I 23). So steht *aliquis* oft, wenn schon andere aufgeführt sind. Tusc. I 74: *a magistratu aut ab aliqua potestate legitima*, de or. II 178: *odio aut amore aut cupiditate aut iracundia aut dolore aut laetitia aut spe aut timore aut errore aut aliqua per motione mentis.* Nicht selten tritt *denique* hinzu (de or. II 17). — *multum*, häufig. ad. Att. VIII 13, 2: *multum mecum homines*

*municipales loquuntur, multum rustici.* Müller Nom. u. Acc. 58. — *etiam.* p. Plancio 20: *erit tibi fortasse etiam de nobis aliquid, sed certe de C. Mario audiendum.* — *Latine.* Sueton. de rhetor. 1: *Cicero ad praeturam usque Graece declamavit, Latine vero senior quoque.* 2: *Cicero in epistula ad M. Titinnium sic refert: 'equidem memoria teneo, pueris nobis primum Latine docere coepisse Plotium quandam; ad quem cum fieret concursus, quod studiosissimus quisque apud eum exerceretur, dolebam mihi idem non licere. continebar autem doctrinum hominum auctoritate, qui existimabant Graecis exercitationibus ali melius ingenia posse'.* Hier ist vorzugsweise der Redner Crassus zu verstehen, der als Censor die Schulen der rhetores Latini schloß (zu 162), und den Cic. den größeren Nutzen griechischer Übungen auseinandersetzen läßt de or. I 155. — *vel* . . . *vel* (Imperativ von *velle*) überläßt die Wahl zwischen den Gliedern, welche einzeln, aber auch zusammen stattgefunden haben können, dem Lesser, ohne das der Schriftsteller auf eines besonderes Gewicht legt; so scheint es oft geradezu für *et* .. *et* zu stehen. Lael. 13. — *Graecis doct.* So war Molodes Lateinischen nicht mächtig und erhielt durch Sulla zuerst die Vergünstigung, vor dem Senat griechisch zu

corrigi possem neque doceri. tumultus interim *< in >* recuperanda 311  
re publica et crudelis interitus oratorum trium Scaevolae Carbonis Antisti, redditus Cottae Curionis Crassi Lentulorum Pompei, leges et iudicia constituta, recuperata res publica, ex numero autem oratorum Pomponius Censorinus Murena sublati. tum primum nos ad causas et privatas et publicas adire coepimus, non ut in foro disceremus, quod plerique fecerunt, sed ut, quantum nos efficere potuissemus, docti in forum veniremus. eodem 312 tempore Moloni dedimus operam; dictatore enim Sulla legatus ad senatum de Rhodiorum praemiis venerat. itaque prima causa publica pro Sex. Roscio dicta tantum commendationis habuit, ut non ulla esset, quae non digna nostro patrocinio videretur, deinceps inde multae, quas nos diligenter elaboratas et tamquam elucubratas adferebamus.

Nunc quoniam totum me non naevo aliquo aut crepundiis, 91  
313

reden. — possem (ich hätte gekonnt' zu 4) neben *adferebat*, aus dem Sinn des Cicero, veranlaßt durch *dicerem*. Zu 8.

